



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.24. Eleemosynæ Constantinopoli Romam transmissæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI. pos. Præterea certiores facti sumus, <sup>ca</sup>  
A.C. 599. Constantinopolim fuisse vocatos; ideo, <sup>u</sup>  
 quis occasione hujus Concilii vos fallat,  
 quamvis sine Sacré Sedis Autoritate nō  
 bil. firmum, validumve decerni possit,  
 moneo vos, & coram Deo obtestor, <sup>u</sup>  
 solicitationibus, aut blanditiis, aut pro-  
 missis, aut minis quorumcunque bominar-  
 cedatis, sed Judicium æterni Judicis in-  
 te oculos mentis vestræ babeatis, & tu-  
 quam Pastores boni vigore Episcopali for-  
 tissimum pectus illi objiciatis, qui vult Ec-  
 clesiam dividere. Quamvis autem de iis  
 Titulo invidiæ pleno nulla amplius man-  
 tio renovaretur, sollicite cavete, ne quid-  
 quam in præjudicium cujuscunque Sedi  
 aut Personæ attentetur, aut Canones in  
 quocunque violentur. Si enim quisquam  
 vestrum Canones lœserit, aut iis, qua in  
 hac Epistola continentur, non obtempera-  
 verit, a S. Petri Communione excludetur.  
 Hæc Epistola Indictione secunda anno  
 599. data est.

## §. XXIV.

*Eleemosynæ Constantinopoli Romani  
 transmissæ.*

Indictione tertia ineunte seu mense Se-  
 ptembri ejusdem anni 599. S. Grego-  
 rius litteras ad Mauritium Imperatorem  
 dedit, gratias agens pro libris auri tri-  
 ginta Civitatis Romanæ pauperibus  
 trans-

VII. epist. 2.

transmissis, quas Cæsareorum ministro-Sæculum VI.  
rum aliquis attulerat. *Has, inquit Papa,* A. C. 599.  
*Minister tuus inter Episcopos aliosque*  
*egenos optima fide distribuit.* *Ceterum*  
*multæ Moniales ex aliis Provinciis pro-*  
*fugæ in hanc Urbem venerunt, easque in*  
*Monasteria misimus, quoquot locum in-*  
*venire potuerunt, reliquæ extra Monaste-*  
*ria cum paupertate colluctantur.* *Hinc*  
*illud, quod de largitate vestra superfuit,*  
*misellis dandum esse credidimus, postquam*  
*cæcis, mutilatis, ceterisque infirmis suam*  
*Eleemosynæ partem contulimus.* *Militi-*  
*bis quoque sua stipendia fuere numerata;*  
*hinc gratias agentes conquerendi finem fe-*  
*cerunt.* *Verisimile est, Episcopos, hic*  
*pauperibus annumeratos, tales fuisse, qui*  
*a Longobardis ex Ecclesiis suis pulsi Ro-*  
*mam confugiebant.* *De Monialibus au-* V. epist. 13.  
*tem S. Gregorius mentionem facit in alia*  
*quoque Epistola, data ad Theoctistam Im-*  
*peratoris sororem, & regendis Liberorum*  
*eius moribus præfectam, quæ duobus*  
*ante annis parem pecuniæ summam*  
*nempe triginta auri libras sibi miserat.*  
*Gaudeo tui causa,* inquit Papa in illa E.  
*pistola, sed mihi timeo, non solum Bonorum*  
*S. Petri, sed etiam tuorum aliquan-*  
*do rationem Deo redditurus.* *Crotona,*  
*urbe maritima, anno superiore capta, Lon-*  
*gobardi multos homines nobili stemmate*  
*natos in captivitatem abstraxerunt, quo-*  
*Hist. Eccles. Tom. VIII. L1 rum*

**Sæculum VI.** A. C. 599. *quorum aliqui redempti fuerunt, plures vero in eorum potestate relicti, quinimum est, quod exigunt, pretium. Medianam partem acceptæ a te pecunia statim misi ad eos redimendos, & altera pars stragulas empturus sum pro Monialibus, quas perfrigida hujus hyemis tempesta multum affigit. Harum Monialium tri millia sunt, quibus per annum ex Bono S. Petri libræ octoginta præbentur. Sed quantillum istud est pro tanta multitudine, præsertim in hac Civitate, in qua mnia care emenda sunt. Vitam vero dicunt adeo sanctam, ut piissimarum faminarum abstinentiae & lacrymis in acceptis referendum existimem, quod inter Longobardorum gladios positi necnon consumti simus. Hæc ad Theodosium Epistola Indictione quinta anno 597. data est.*

**§. XXV.**

*Consilia Theodosistaræ & Gregorii data.*

**IX.ep.39.** *Annis quatuor exinde elapsis S. Gregorius ad eandem Theodosiam dedit Epistolam consolatoriam, cum relatu ei fuisset, quod Theodosia aliquorum eorum perperam accusaretur, & ipsa ideo circa vehementer affigeretur. Ille, inquit, qui vitæ suæ testem habet in Cœlo, judicia hominum in terra non timet.*

*Bon.*